



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Trithemij, Spanheimensis, Et Postea Divi Jacobi  
apud Herbipolim Abbatis, Viri suo aevo doctissimi. Tomus  
... Annalivm Hirsavgiensivm**

Opus nunquam hactenus editum, & ab Eruditis semper desideratum.  
Complectens Historiam Franciae Et Germaniae, Gesta Imperatorum,  
Regum ...

**Trithemius, Johannes**

**S. Galli, 1690**

Sequitur Indiculus pinacius quorundam in hac prima parte Chronicæ  
Hirsauianæ contentorum, tam ipsum Monasterium, quàm Ordinem  
nostrum concernentium, ut patet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38550**

Sequitur Indiculus pinacius quorundam in hac  
prima parte Chronicæ Hirsaugianæ contentorum,  
tam ipsum Monasterium, quam Ordinem nostrum  
concernentium, ut patet.

**J**ohannes Trithemius Abbas Lectori Salutem. Omnia dare indiculum, qua  
memoratu digna in hac prima parte Hirsaugiana continentur historie, quam  
non sine magno labore comportavimus, & difficile judicamus, & iuxtile: tum  
propter variam multitudinem gestorum, tum quod satius esse judicamus, si totum  
legas, quam partem. Verum ne Hirsaugiensibus in hoc videar defuisse, qui Pa-  
trum suorum merita, & laudes sub una cupiant serie breviter intueri, omissis non  
solum multis & varijs, sed etiam penè infinitis memoratu dignis, que facilis Ordine  
registrari nequeunt, sequentium tabulam ordinavi.

In primo quidem Ordine secundum temporis rationem viri continentur  
sancti, meritis Omnipotenti DEO specialiter dilecti. In secundo Monachi ex Hir-  
saugianis ad Pontificatum assumti. In tertio, qui scriptis, & eruditione sua  
illustrarunt Ecclesiam. In quarto, Monasteria nostri Ordinis per Hirsaugenses  
vel de novo instituta, vel ad Observantiam Regularis Discipline reformata. In  
quinto, Nomina continentur Abbatum, qui ex Hirsaugianis Monachis ad diversa  
Cœnobia fuerunt destinati. In sexto, Nomina continentur Sanctorum Ordinis  
nostris, quorum in hac prima parte fit mentio. In septimo, Romani Pontifices, &  
Cardinales Ordinis. In octavo Archiepiscopi. In nono Episcopi. In decimo  
viri Ordinis eruditione, & scientia scripturarum illustres. In undecimo,  
Nomina quorundam Monasteriorum Ordinis nostri, quorum fundationes, vel ra-  
tiones & Dignitates in hoc ipso volumine recitantur. Et hec omnia sub CCCCXXVII.  
annis gesta, in hoc opere signata continentur, hoc est, à prima institutione Hirsaugien-  
sium, quæ facta est anno Domini DCCCXXXVIII. usque ad annum millesimum  
ducentesimum sexagesimum quintum.

Nomina Sanctorum, qui Monachi fuerunt  
in Monasterio isto Hirsaugensi, quorum gesta in  
hoc volumine annotata continentur.

**S**anctus Adelhardus Monachus, qui obiit 922.  
Sanctus Egwardus Episcopus Slesuicensis anno 965.  
Sanctus Wernboldus Monachus obiit anno 925.  
Sanctus Wilhelmus Abbas XII. obiit anno 1091.  
Sanctus Diemo Archiepiscopus Salzburgensis & Martyr, obiit, 1105.  
Sanctus Gebhardus Episcopus Constantiensis eligitus 1082.  
Sanctus Theogerus Episcopus Metensis 1100.  
Sanctus Adelbertus Monachus & Prior anno 1088.  
Sanctus Bertholdus Monachus anno IIII.

Sanctus